

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

ST COLUMBA

June 9

Psalm 36: 30, 31

OS justī meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius *Ps.* Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. Gloria Patri.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, Beati Columba Abbatis commendet: ut, quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Ecclesiasticus 45: 1-6

DILÉCTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, et magnificavit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu regum, et jussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius, sanctum fecit illum et elegit eum ex omni carne. Audivit enim eum, et vocem ipsius et induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ.

INTROIT

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. *Ps.* Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father.

COLLECT

May the intercession of the blessed Abbot Columba, we beseech Thee, O Lord, commend us unto Thee, that what we cannot have through our own merits, we may obtain through his patronage. Through our Lord.

EPISTLE

He was beloved of God and men, whose memory is in benediction; He made him like the saints in glory, and magnified him in the fear of his enemies; and with his words he made prodigies to cease; He glorified him in the sight of kings, and gave him commandments in the sight of his people, and showed him his glory; He sanctified him in his faith and meekness, and chose him out of all flesh; for He heard him and his voice, and brought him into a cloud; and He gave him commandments before his face, and a law of life and instruction.

Psalm 20: 4-5

DÓMINE, prævenísti eum in benedictionibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósó. Vitam pétuit a te, et tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum sæculi.

Psalm 91: 13

ALLELÚIA, alleluia. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbaní multiplicábitur. Alleluia.

Matthew 19: 27-29

IN illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israél. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

Psalm 20: 3,4

DESIDERIUM animæ ejus tribuísti ei, Domine, et voluntate labiorum ejus, non fraudasti eum: posuísti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

SACRIS altaribus, Domine, hostias superpositas sanctus Columbus, quæsumus, in salutem nobis prove-nire deposcat. Per Dominum.

GRADUAL

O Lord, Thou hast prevented him with blessings of sweetness; Thou hast set on his head a crown of precious stones. He asked life of Thee, and Thou hast given him length of days for ever and ever.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. The just shall flourish like the palm tree; he shall grow up like the cedar of Libanus. Alleluia.

GOSPEL

At that time, Peter said to Jesus: Behold we have left all things, and have followed Thee: what therefore shall we have? And Jesus said to them: Amen I say to you, that you who have followed Me, in the regeneration, when the Son of man shall sit on the seat of His majesty, you also shall sit on twelve seats judging the twelve tribes of Israél. And every one that hath left house, or brethren, or sisters, or father, or mother, or wife, or children, or lands, for My name's sake, shall receive an hundred-fold, and shall possess life everlasting.

OFFERTORY

Thou hast given him his heart's desire, O Lord, and hast not withholden from him the will of his lips: Thou hast set on his head a crown of precious stones.

SECRET

May the holy Columba, we beseech Thee, O Lord, obtain by his prayers that the Sacrifice laid on Thy holy altar may profit us unto salvation. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Luke 12: 42

FIDELIS servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

PROTEGAT nos, Domine, cum tui perceptione sacramenti beatus Columbus, pro nobis intercedendo: ut, et conversationis ejus experiamur insignia, et intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

COMMUNION

This is the faithful and wise steward, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

POSTCOMMUNION

May the pleading of blessed Columba for us, as well as the reception of Thy Sacrament, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the help of his intercession. Through our Lord.